



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De Reliqua Conventus actione. Tit. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Absentiae excusationes; quæ acceptæ,  
quæ item reiectæ.  
Qui Missam solennem celebrarit, qui  
que ministraverint.  
Qui sigillatim reliqui Sacerdotes, qui  
Missæ sacramficerint.  
Qui ad populum, clerumve concionem  
habuerit.  
Ecclesiæ, ecclesiasticorumq; hominum  
visitatio.  
Qui præterea testificationes confessio-  
num non atrulerint.  
Quæ item quæstiones propositæ, ea-  
rumque singularium explicatio.  
Indictio futuræ congregationis.  
Quid etiam Episcopi iussu promulg-  
atum sit.  
Mulctæ quoq; & pœnæ quibus irrogantur  
sunt, ordine describatur: & culpæ item,  
causæve, quamobrem quis mulctatus est.  
Omnis autem multa apud regionis the-  
saurarium deponatur, aut in aliqua cer-  
ta arca eo nomine constituta recte affer-  
uetur.  
Multarum uero libri exemplum in sin-  
gulos annos ad Episcopum afferatur: cu-  
ius arbitratu, vel in supellectilem sa-  
cram, quæ conuentus foranei vsui sit,  
vel in subleuationem inopie sacerdo-  
tis, clericive pauperis, vel in aliud opus  
pium illæ erogentur.

#### DE RELIQUA CONVEN- tus actione.

#### T I T. X X I I I .

**H**is ita actis, conferant, remotis ca-  
pellanis, inter se parochi qui ad  
conuentum accesserunt, quæ ad bonis fa-  
cerdotis, parochique munus, atque ad  
animatorum curam bene gerendam perti-  
nent: consulant item de lœu quique pa-  
rochiæ incommodis ac difficultibus,  
quarum explicatio aliorū consilio ope-  
raque opus habeat.  
Dum verò parochialis collatio fit, sepa-  
ratim alio loco fiat brevis pro tempore  
spatio collatio inter capellanos, eo  
præsente quem Vicari ius delegerit: id-  
que prout idem pro prudentia sua ex-  
pedire censuerit.  
Vicarij autem de conscientiæ casibus Se-

di Apostolicæ atque Episcopo referua-  
tis, & de canonibus pœnitentialibus li-  
bellum nostra cura editum reliquis Sa-  
cerdotibus legent: aliquot præterea ca-  
pita, tum harum constitutionum, tun  
earum quæ in synodo diocesana pro  
temporâ ratione decernerunt, ac pa-  
riter aliquid ex probata summa de casi  
bus conscientiæ explicabunt.

Res item plena utilitatis erit, aliquam  
illius libri partem tractare, qui de pa-  
rochialibus officijs ex Conciliij Prouin-  
cialis sexti decreto in lucem iussu no-  
stro emitetur.

Absoluto conuentu, antea quâm itineri  
se committant Sacerdotes, in Ecclesia  
omnes flexis genibus, preces itinerarii  
quæ in officio Beatae Mariæ Virginis  
præscriptæ sunt, deuotè recitent.

Quibus precibus peroratis, tum deniq;  
inuicem se more Sacerdotali salutates,  
seq; item orationi mutuae in visceribus  
Iesu Christi commendantes, in pace di-  
scendant ad suas quiske sacerdotales &  
clericales stationes, eo studio ex con-  
uentus celebritate accensi, vt & in Dei  
gloria, & in salute animarum procuran-  
da in dies magis atq; magis constet fra-  
etus, quem ex eodem conuentu tulerunt.

Quæcumque ratio, norma, ac discipli-  
na de diccesanarum regionum conue-  
tibus vel vniuersæ vel speciatim hoc li-  
bello præscripta est, ea omnis in con-  
uentibus regionum urbis planè seruetur,  
atq; obseruetur, præter eam tantummo-  
dò partē, quæ de refectione præscripta,  
in conuentibus urbanis locū habere non  
potest; cum clerus suam quiske domum  
congregatione dimissa ad cibum capie-  
dum redire commodè possit.

Episcopus autem pro sancta sua solici-  
tudine, cum præsertim inter dum eo lo-  
ci fortasse est ubi conuentus habetur, aut  
ab eo prope abest, interesse etiam stude-  
bit; quò diligentius præsentia sua rei  
bene institutæ cursum progressionesque  
adiuuet, & cleri qui conuenierit animos,  
pietatis, ac disciplina studio incensos,  
vehementius inflammet ad constantem  
progressum.

At verò cum per occupationes alias pa-  
storales frequens in conuentu esse non  
possit; id certe curabit, vt Visitator ge-  
nera-

tit de pug-  
cho. § Quæ  
instruc-  
res. p. 113.

generalis, si quem in ea conuentus regio-  
nu habet, sepiissimè præsens adsit.

Si quid verò erit, quod his congregatio-  
num legibus addendum, aut fortasse de-  
mendum, aut aliqua potiori ratione  
agendum Episcopus censuerit, prout è  
diocesis sua ratione vsuque esse vide-  
rit, id ei liceat.

Si qui denique alii, quicunque sint, sacer-  
dotum, clericorū, qui aliquando con-  
uenire solent ad societates quæ discipli-  
na ecclesiastica causa vsquam haben-  
tur, iij in omnes partes, quoad eius fieri  
potest, ijsdem decretis, regulis, & legi-  
bus conformatur & dirigantur, quæ  
hoc ipso libro editæ continentur.

**CONCESSION INDULGEN-**  
tia celebrantibus, & conuenien-  
tibus ad Missam congrega-  
tionum foranea-  
rum.

**GREGORIUS PAPA XIII.**

Vniuersis Christifidelibus presentes  
literas inspecturis, salutem & Apo-  
stolicam benedictionem. Ad augendam  
fidelium religionem, & animarum salu-  
tem coelestibus Ecclesiæ thesauris pia  
charitate intenti, omnibus & singulis Sa-  
cerdotibus Provinciæ Mediolanensis,  
qui Missam congregationis, quæ quo-  
libet mense à Sacerdotibus foraneis ad  
præscriptum Decreti Provincialis Me-  
diolanensis habetur, celebrauerint; nec-  
non omnibus Christifidelibus, qui di-  
cta Missæ interfuerint; vnum annum de-  
iniunctis eis, seu alias, quomodolibet  
debitis penitentiis misericorditer in  
Domino relaxamus. Præsentibus per-  
petuò valiturs. Dat Roma apud San-  
ctum Petrum sub anulo Piscatoris Die  
decimo Aprilis M. D. LXXX. Pon-  
tificatus nostri anno octauo.

Cæs.Glorierius.

# INSTRVCTIONES AD FORI ARCHIEPISCOPALIS REFORMANDI VSVM PERTINENTES.

*Illusterrimi & Reuerendiss. Cardinalis tituli S. Praxedis  
Archiepiscopi iussu editæ.*

**COMMUNIA PLVRIBVS**  
Vicarijs, & Iudicibus, & alijs  
Officialibus.

huius regiminis, quod Conciliaribus,  
& alijs propriis constitutionibus, decre-  
tis, & instructionibus tam variis & mul-  
tipliçibus nititur.

Rursus multum refert, vt hæc officia  
exerceat, non quasi mercenariorum mo-  
re aliquando maius emolummentum ali-  
bi quæsturi, aut iam iam in alias partes  
ad libitum receſſuri; sed potius ita afſe-  
cti erga hanc ecclesiam, ecclesiasticosq;  
in ea labores, vt in hac ipsa varietate  
officiorum, & salutarium occupationum  
huius vniuersitæ administrationis per-  
petuò versari optent; ac sperent, modò  
vnum, modò aliud munus implendo, se  
ad salutem progressumq; cleri & populi  
huius ciuitatis ac diocesis peruenuros,  
& me-

Quales esse  
debeat of-  
ficia.

 Vibus præcipua munera in  
huius Ecclesiæ regimine  
sustinenda sunt, eos tū ma-  
gis liberos esse oportet ab  
omni intemperata animi  
affectione, vnde tot mala sæpè extant in  
omni administratione; tum etiam alijs  
occupationibus expeditos, quod liberius  
toti incumbant tñ muneri suscepto, vt di-  
gnitas huius ecclesiæ, & negotiorū eius  
multiplicitas valde postulant; cum præ-  
terea necessarium est diutius versari in  
hac ecclesia, vt norint plenius rationes

Lucri audi-  
non sint.